



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue] voluminibus edita

**Speciano, Cesare**

**Brixiae, 1603**

Tit. VI. De Officio Organistae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10553**

## DE OFFICIO ORGANISTÆ.

Adueniente Episcopo, vel alias quando à modulatione organi non est desistendum.

**R**GANISTA Dominicis, Festisq; diebus, Episcopum ad diuinâ officia aduentantem, ubi primum pro basilicæ foribus est, decora, grauiq; organi modulatione excipiat: neque sonare desistat, quousque ad altare genibusflexis orauerit, locoq; suo sederit.

*Idem præstet, cum peractis de more officijs inde discesserit.*

*Idem dum ille Missæ sacrificium, aut Vesperarum officium solenniter celebraturus, aliove Pontificali munere perfuncturus, vestes sacras induit, nec quicquam canendum à choro est.*

*Hoc verò omne agat semper, cum in diuinis officijs, ad que Episcopus conuenit organa pulsanda sunt.*

DE AE T A T E E T Q V A L I T A T E  
ordinandorum, & seminario Clericorum.

**A**CCURATE complexa est Tridentina Synodus omnem diligentiationem, quam in confrendis ordinibus adhibere debeant Episcopi, Ut Ecclesiæ idoneos Sacerdotes, & alios ministros habent.

scff. 23.

Pro conferendis ordinibus nihil percipiatur. Cap. I.

**Q**uod à Tridentina Synodo sanctum est, ne in conferendis ordinibus Episcopus, & ministri eius, quidquam etiam sponte, quavis de causa datum accipient; id & ipse inuolatè seruet, & à suis cubicularijs ceterisq; familiaribus seruandum curet.

scff. 21.  
cap. I.

Archidiaconus in quo iniciati, & ordinati describantur habeat. Cap. II.

**A**rchidiaconus noster Cathedralis Ecclesiæ habeat intra sex menses librum, in quo diligenter describat Clericorum omnium secularium nominis; & quo quisq; ordinis gradu sit, ac deinceps reliquorum, tam secularium, quam regularium, qui Clericatum, vel aliquem ex minoribus, maioribusve sacris ordinibus assumpserit, locum etiam, & tempus.

Item etiam eorum, qui ab alieno Episcopo erunt iniciati, & promoti liberque is quotannis Episcopo consignabitur. Cap. III.

**Q**vicunque verò post bac à nobis, vel nostro permisso ab alio Episcopo etiam extra Diœcensem in clericalem militiam adscriptus fuerit, vel